



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Ex Concilio Tarraconae excerpta pro officio Inquisitionis haereticae
prauitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

fi. de refcri. Statutu. circa fi. li. 6. & adde q. ibi not. A
Commiffarios. Nil dicit de Episcopis, uel etiam
supra dixi; & facit uerbum, pr. elatis.

Talia. In alijs ergo non habet locu q. sequitur.
Corrigere. Quantum in eis est: uel id est, corri-
pere quod possunt, sed non corrigere: manus compri-
mere possunt, sed non animum mutare. 47. dist. 5.
necesse. in fi. Ioan. And.

Secreto. 2. q. 1. si peccauerit.
Valent. Jalia staccat. 2. q. 7. plerūque. Io. And.
Amouere. licet pr. elatus Inquisitoris, scilicet
provincialis, illū ab officio remouere ꝑ possit, ut hic
patet, iurisdic. tamen Inquisitoris nō ab ipso pre-
lato, sed à Papa immediate depēdet: ut solus actus
committendi, uel remouendi pendeat penes illū. &
hac patet in priuilegijs officij. ex quo sequitur, quod
B corrigere, uel alterare non possit facta per illum
uirtute officij: sed illum amouere pūiat, ut hic.

† Eym. 3. p.
q. 9. ubi dixi.
† Eym. 3. p.
q. 8.

Teneantur. non dicit possint.
Prædictos. notarios, officiales, & socios. Ioan.
And.

Quibus. ordinarijs locorum.
Perferant. de statu reg. c. vlt. de cle. agro. cap.
vnico. §. si autem. lib. 6.

Concessione. facta per priuilegia officij, ut ha-
bere possint officiales armatos. †

Exequenda. sint enim tales, qui uelint & pos-
sint officio deservire. simile de pr. ab. super ordinata
de clerici. non resi. c. 3. & 4.

Cap. III. sup. fol. 113.

A D nostrum. Casus. Dñat scētam Begardo-
rum, & Beguinarum Alemānie, & cetera. †
Cetera omnia que sequuntur in glossa con-
cernunt magis Theologiam, & ideo recurren-
dum est ad illam.

EX CONCILIO TARRACON.

EXCERPTA EX CONCILIO TARRACONENSI
pro officio Inquisitionis hereticæ prauitatis: cui Concilio interfuit vene-
rabilis pater frater Raymundus de Pegnaforte.

Attendendum tamen, quòd nondum erant in prouincia Tarraconensi Inquisitores,
nec Sextus, nec Clementina, nec Consultata ad Inquisitores.



† Id est, man-
dare,

M nos Petrus miseratione
diuina Archiepiscopus Tarraco-
nensis Inquisitionem inca-
pata per bonam memoriæ B. Bar-
chinon. Episcopum contra ha-
reticam prauitatem in ciuitate
Barchin. uellemus effectui māci pare, ꝑ inter lu-
risperitos, qui nobiscū aderāt, dubitationes hinc
inde variæ emerferunt. Quare, ut circa factum
heresis, Inquisitionis de cætero fidē in prouin-
cia Tarraconensi clarius procedatur, collationi-
bus inde factis cum venerabili fratre Raymūdo
de Pegnaforte Penitentiario Domini Papæ, &
alijs prudētib; in processu sententiarum hare-
ticorum, fautorū, suspectorū, relapforum, & pe-
nitentis eorum secundum discretionem nobis
à Domino datam, ita duximus procedendum.

In primis quaritur: qui dicatur heretici, qui
suspecti, qui credētes, qui fautores, q. receptato-
res, qui defensores, & qui relapsi: cum h. ista ge-
nera hominum in canone complicantur. Et uide-
tur quod heretici sunt, qui in suo errore p̄durāt:
sicut sunt Inzabbatati, ꝑ qui dicunt in aliquo ca-
su non esse iurandum: Et potestatis ecclesia-
sticis uel secularibus non esse obediendum: Et
penā corporale non esse infligendam in aliquo

† De inzabba-
tatis Eym.
hac. 2. p. q. 14.

C casu, & similia.
Credentes ꝑ uero dictis heresibus similiter he-
retici sunt dicendi.

Suspectus ꝑ de heresi potest dici, qui audit præ-
dicationem; uel lectionem Inzabbatorū: uel
qui flexit genua orando cum eis: uel qui dedit
oculū eis: uel qui credit ipsos Inzabbatos esse
bonos homines, uel similia, quæ possunt ꝑabili-
ter suspicionem inducere. Et potest dici sus-
pectus simpliciter esse, qui semel orauit, uel alterū
fecit de prædictis, cum eis. Si uero pluries audi-
uisset prædicationem, uel lectionem, uel orasset,
uel aliquid aliud de prædictis fecisset cum eis,
posset dici uehementer suspectus. Si autem præ-
dicta omnia fecisset, maxime si pluries, posset ue-
hemētissime dici suspectus. Ista ideo dicimus, ut
discretus iudex purgationem possit grauare, uel
moderare, prout magis uisum fuerit expedire.

Celatores credimus eos, q. uiderūt Inzabbata-
tos in platea, uel in domo, uel in alio loco, & cog-
nouerūt eos Inzabbatos, & nō reuelauerunt
eos, eū haberēt apitudinē reuelandi eos Ecclesiæ
uel Iustitiæ, ꝑ uel alijs qui possent eos capere.

Occultores dicimus, qui fecerunt pactum
de non reuelando hereticos, uel Inzabbatos:
uel alias procurauerunt, quod non reuelarentur.

Rece-

Receptatores sunt, qui scienter bis, vel ultra receperunt hereticos, vel Inzabbatatos in domo sua, vel in alio loco suo.

Receptaculum credimus esse domum, vel hospitium, ubi heretici, vel Inzabbatati bis, vel pluries conueniunt ad predicationem, uel lectionem, uel etiam ubi heretici vel Inzabbatati pluries hospitantur.

Defensores dicimus, qui scienter defendunt hereticos, vel Inzabbatatos, uerbo, uel facto, uel quocumque ingenio in terris suis, uel alibi, quominus Ecclesia possit exercere suum officium ad extirpandam hereticam prauitatem.

Fautores credimus omnes supradictos posse dici secundum magis, & minus: & etiam qui alias quocumque modo eis dederint consilium, auxilium, uel fauorem. Et omnes fautores credimus posse dici suspectos, ita quod debent se purgare, & abiurare heresim, & omnem fauoriam; & debent sanctae matri Ecclesiae reconciliari.

Relapsos dicimus illos, qui post abiuratam heresim, uel renunciatam, reuertuntur in pristinam credentiam heresis. Eo modo dicimus relapsos in fauoriam illos, qui post abiuratam heresim, uel fauoriam beneficiunt hereticis, uel celant eos.

Et omnes praedictos dicimus excommunicatos maiori anathemate: exceptis suspectis sine fauoria, si forte inueniantur.

DVBITATIO oritur apud quosdam: utrum relapsi in credentiam, & heretici dogmatizantes, si postquam fuerint deprehensi uoluerint penitere, relinqui debeant iudicio saeculari? Et uidetur nobis quod non, sed in quocumque casu tales ad intrusionem sunt condemnandi.

Item si multitudo hereticorum, seu credentium fuerit multa, & parati sunt heresim abiurare, discretus iudex secundum magis & minus iuxta prouisionem Apostolicae sedis, penas canonicas potest infligere talibus, & sic penam intrusionis vitare: uel etiam si multitudo non est tanta, circa credentes, discretus iudex consideratis circumstantiis poterit moderari prout uiderit expedire: Prouiso tamen, quod perfecti heretici uel dogmatizantes eorum errores, uel credentes relapsi in credentiam post abiuratam heresim uel renunciatam, in perpetuum carcerem intrudantur: heresi primitus abiurata, & absolute habitata excommunicationis, ut ibi saluent animas suas, & alios de cetero non corrumpant.

Item queritur: utrum ille, qui dedit osculum Inzabbatato, uel heretico, & credebat, uel sciebat eum Inzabbatatum: uel orauit cum eo, & celebravit eum: uel audiuit predicationem suam uel lectionem ab eo, & credidit talem esse bonum hominem, sit iudicandus credens eius erroribus? Et dicimus quod non: sed talis condemnatur tanquam fautor uel occultator, & benefactor, & uere hementer suspectus, quod credit eius erroribus; nisi adeo esset litteratus, uel discretus, quod non posset ignorantiam praetendere: quod a arbitrio discreti iudicis duximus relinquendum.

Item queritur: quis ante Inquisitionem in-

cepta fuit confessus sacerdoti suo de heresi uel fautoria, & uocatur modo ab Inquisitoribus: In casu isto credatur confessori suo: & si inuentus fuerit bene confessus per confessionem sacerdotis licet sacerdos male fecerit, quia ipsum non remittit ad Episcopum: ille talis confitens per talem confessionem euitet penam temporalem: nisi inueniatur in falsa penitentia: uel relapsus post penitentiam: uel publice diffamatus. Si autem allegat manifestam penitentiam, uel reconciliationem: probet per duos testes.

Si quos uero, constat ante inchoatam Inquisitionem de his fuisse confessos, debent publice abiurare heresim, & aliam solennitatem facere: nisi ita sit secretum factum, quod non habeat contra se famam, uel testes, & tamen in utroque casu sunt ab omni pena temporali immunes.

Si uero aliqui uocati ab Inquisitoribus, decurrant tempore suae depositionis: & postea ad instantiam Inquisitorum, uel metu probationum discooperiunt ueritatem, sed dicunt quod haec tacerent propter uerecundiam uel timorem: tales credimus periuros: quia qui scienter falsum dicit, uel uerum tacet, periurus est: & ideo penitentia canonica est ei grauior imponenda.

Heretici perseverantes in errore, relinquuntur curiae saecularis iudicio.

Perfecti uero heretici si conuerti noluerint & dogmatizantes, absolute prehabita, & abiuratione facta, perpetuo carceri intruduntur.

Credentes autem hereticorum erroribus sollemnem faciant penitentiam, hoc scilicet modo: quod in festo Omnium sanctorum proximo uenturo, & in prima Dominica Aduetus, in die Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniae sanctae Mariae Februarij, sanctae Mariae Martij, & per omnes dies Dominicos Quadragesimae, sint in processibus ad Sedem, & ibi discalciantur in braccis & camisia: praeterquam in die sanctae Mariae Februarij, & in Ramis palmarum, ut reconcilientur in Ecclesia parochiali, in processibus publice disciplinati per Episcopum, uel sacerdotem Ecclesiae. Item in quarta feria in capite ieiunij ueniant simul ad Sedem, & sint eodem modo & secundum formam iuris discalciantur in braccis, & camisia, & expellantur ab Ecclesia, ut sint extra Ecclesiam per totam Quadragesimam: sed tamen ad fores Ecclesiae, & quod ibi audiant officium. Et in die cenae Domini sint discalciantur in braccis, & camisia ante fores Ecclesiae, & tunc secundum canonica instituta publice reconcilientur Ecclesiae. Et hanc penitentiam de quarta feria, & de stando extra Ecclesiam per totam Quadragesimam, & de die cenae, faciant quandiu uixerint quolibet anno. Sed in diebus Dominicis Quadragesimae, facta reconciliatione exeant Ecclesiam, & stent ad fores usque in diem cenae & portent duas cruces perpetuo ante pectus, quae non sint eiusdem coloris cum uertibus: & portentur ita, ut uideri possint sollemniter penitentes: ita tamen quod non abstineant ab ingressu Ecclesiae in Quadragesima ultra decem annos.

Peni

De eo qui confessus est sacerdoti.

Al. ille talem.

Formae sequuntur hic penitentiarum.

Vox Hispana, id est, ad Ecclesiam cathedralem, qua Hispani Sed. uocant.

De his dixi late in 3. parte in sexto modo processum fidei terminandi.

Quaest. 53. in 1. parte.

De his quae in 1. huius partis.

Quaest. 53. in 1. parte.

Quaest. 58. in 1. parte.

Quaest. 1.

Multas prouidendi ubi est multitudo hereticorum, uel credentium.

Quaest. 2.

De edificatione cum hereticis.

Quaest. 3.

*Pœnitentia
relaxati in
fautoriam.*

Pœnitentia illorum, qui sunt relaxati in fautoriam, similiter erit solemnitas: ut de creditibus, proxime dictum est, in diebus omnibus supra dictis hoc excepto, quod cruce portare, & pœnitentiam de Mercurio cinerum, & sancto die Iouis faciant solummodo per decennium.

*Pœnitentia
fautorum ve
hementer su
spectorum.*

Pœnitentia illorum, qui non sunt relaxati in fautoriam, sed sunt fautores, & vehementissime suspecti, erit eodem modo solemnitas in festo Omnium sanctorum, Natalis Domini, Epiphaniæ, sanctæ Mariæ Februarii, per omnes dies Dominicis Quadragesimæ, Et aliam pœnitentiam de feria quarta Quadragesimæ, & de stando extra Ecclesiam per totam Quadragesimam, & de reconciliatione in die cenæ, ut supra dictum est, faciant per septennium.

*Pœnitentia
fautorum ve
hementer su
spectorum.*

Pœnitentia illorum, qui sunt fautores, & vehementer suspecti, erit solemnitas eodem modo in festo Omnium sanctorum, Natalis Domini, sanctæ Mariæ Februarii, Ramis palmarum, & aliam pœnitentiam de quarta feria Quadragesimæ, & de stando extra Ecclesiam per totam Quadragesimam, & de reconciliatione in die cenæ, ut supra dictum est, faciant per quinquennium.

*Pœnitentia
fautorum su
spectorum.*

Pœnitentia illorum, qui sunt fautores, & suspecti, erit solemnitas eodem modo in festo Omnium sanctorum, sanctæ Mariæ Februarii, Ramis palmarum, & aliam pœnitentiam de quarta feria Quadragesimæ, & de stando extra Ecclesiam per totam Quadragesimam, & de reconciliatione in die cenæ, faciant per triennium. Intelligitur tamē, quod mulieres vestitæ veniant, & disciplinentur.

Hanc autem pœnitentiam faciunt omnes prædicti in festiuitatibus & diebus præordinatis in ciuitate ista, vel loco nostro, & non alibi usque ad festum Paschæ: illi scilicet, qui sunt ciues.

Forenses autem faciant eam in parochiis suis & non alibi: præterquam in feria quarta in capite Quadragesimæ, & in die cenæ Domini in quibus veniant omnes ad Sedem, vel ad locum Ecclesiæ suæ, in sequentibus vero temporalibus Quadragesimalibus, decennalem pœnitentiam, septennalem, quinquennale, & triennale: quam debent facere in quarta feria in introitu Quadragesimæ & in die cenæ Domini, secundum diuersitatem culparum, ut iam definitum est: faciant omnes tam ciues, quam forenses in Sede ciuitatis suæ, & non alibi: nisi ex iusta & rationabili causa, & de speciali licentia Episcopi, vel Vicarij sui. Et tunc in locis, ad quæ de licentia Episcopi iuerint, faciant coram Episcopo illius loci, uel locum eius tenente eandem pœnitentiam: portantes litteras Episcopi, vel Vicarij sui continententes pœnitentiā, quam facere debent. Et reportet etiam ille, qui pœnitentiam fecerit, litteras Episcopi illius loci ad N. talis diocesis, de peracta pœnitentia testimonium continententes. Quod si forte casu fortuito, sine fraude tamen & dolo, in illis duobus diebus non possit ad Cathedralē Ecclesiam peruenire: cum redierint in duabus alijs solemnitatibus assignatis eis iuxta arbitrium Episcopi, publice disciplinentur apud Sedem N. secundum formam illorum duorum dierum.

A Si hæreticus pœniteat, & secreto absoluat, Ecclesia iure solemnitatibus seruatis, cum tamen non sit hæreticus, formabitur sic sententia: Pœniteat omnibus quod per ea, quæ in inquisitione inuenta, probata, & acta sunt, liquido nobis constat, quod talis fuit deprehensus in hæresi, postmodum reuersus ad Ecclesiam unitatem, agentes misericorditer cum eodem, ipsum ad perpetuum carcerem condemnamus secundum canonicam institutionem.

B Si autem nondum sit absolutus, sic formabitur: Pœniteat omnibus, & cetera, quod talis est deprehensus in hæresi, & vult reuerti ad Ecclesiam unitatem, agentes misericorditer cum eodem, &c.

Si vero non vult pœnitere, sed in errore perdurat, præsentem iudicem seculari, sententia sic formatur: Pœniteat omnibus, quod per ea, quæ in inquisitione inuenta, probata, & acta sunt, liquido nobis constat, quod talis est deprehensus in hæresi per Ecclesiam condemnata, & ipsum tanquam hæreticum ꝑ condemnamus.

Contra fautores sententia sic formatur: Pœniteat omnibus, quod per ea, quæ inuenta, probata, & acta sunt in inquisitione, liquido nobis constat, quod talis est deprehensus in fautoria: et denunciamus ipsum excommunicatum, & suspectum de hæresi, et si per annum contempserit satisfacere, subiacet pœnis concilij generalis, ꝑ et si defecerit in purgatione, & in excommunicatione per annum steterit, ut hæreticus condemnetur.

Suspectus de hæresi purgabit se publice in hunc modum:

Ego talis iuro ꝑ per Deum omnipotentem, et per hæc sancta Dei euangelia, quæ in manibus meis teneo, coram vobis domino tali Archiepiscopo, vel Episcopo, et coram alijs vobis assistentibus, quod non sum, vel fui Inzabbatus, Valdensis, vel Pauper de Lugduno, nec hæreticus in aliqua secta hæresis per Ecclesiam damnatus, nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitæ meæ: immo profiteor, et protestor, me credere, et semper in posterum crediturum fidem catholicam: quam sancta Romana Ecclesia, et Apostolica publice tenet, docet, et prædicat; et vos domine Archiepiscope, vel Episcope, et ceteri prælati ecclesiæ vniuersalis tenent, prædicant publice, atque docent.

Compurgatores iurabunt per hunc modum:

Ego talis iuro per Deum, et per hæc sancta quatuor Dei euangelia, quæ manibus meis teneo, me firmiter credere, quod talis non fuit Inzabbatus, Valdensis, nec Pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum iurasse.

Caueat tamen iudex, quod ex quo certum numerum Compurgatorum duxerit alicui iniungendum, non est honestum, quod postea mutet, ne sic Lateranense concilium illudatur.

COM-

Taraco civitatis olim opulentiſſima, quæ potiori totius Hiſpania parti nomen dedit: metropolis ipſa, Scipionum opus: de qua Ptolemæus lib. 2. c. 4. Plinius lib. 3. cap. 1. & 3. & lib. 4. cap. 20. & Strabo, lib. 3. hodie nunc etiam metropolis in principatu Catalonia.

Fuit autem hoc concilium (niſi fallor) provincia le, tamenſi Eymericus generale uocet hac 2. par. q. 56. in fine. & provinciale re vera ipſum appellat Directorium Bononiense in indice huius partis.

Non eſt autem putandum integrum id conciliū fuiſſe hoc loco relatiū ab Eymericis, ſed ea tantū deſumpſiſſe, quæ magis ad inſtitutum ſuum exiſtimant pertinere; quod indicant ſatis verba illa in titulo appoſita: Excerpta ex concilio Tarraconenſi. Sed plenius id nouimus, poſt quā in uetiſſimo illo Codice membranaceo bibliotechæ Vaticanæ inuenimus paucis ante diebus quā hæc ſcriberemus, idē ipſum conciliū abſque ullo tamē præfixo titulo: ceterū ex ſerie apertiffimè nouimus Tarraconenſe eſſe.

Quo autem tempore fuerit conditū, non eſt mihi omnino exploratum: certum eſt tamē uetiſſimū eſſe, tum quia in provincia Tarraconenſi nodū erat Inquiſitores delegati quando celebratum eſt, tum quia frequenſiſſima eſt in eo mentio Inzabbatarum hæreticorum, qui circa annos Domini MCC. maxime partes eas infeſtabant; tum quia huic concilio inter fuiſſe memoratur frater Raymundus de Pegnaforte: fuit autē hic Raymundus is qui iuſſu Gregorij noni, Pontificis maximi decretales Pōtifiſicæ epistoſas in unum collegit, atque in certa capita, tituloſque diſiinxit: quod accidit circa annos Domini MCCXXX. iuuat uero hanc meam coniecturam uetiſtus codex Directorij Bononiensis, q. in indice partis ſecundæ Directorij, de hoc concilio ita habet: Cui concilio inter alios interfuit frater Raymundus de Pegnaforte in iure multum peritus, de ordine Fratrum Prædicatorij, qui decretales compilauerat paulo ante, hæc ibi.

Cum itaque Raymundus hic decretales epistoſas compilaret paulo ante quā hoc concilium celebraretur, & ea compilatio facta fuerit (ut dixi circa annos Domini MCCXXX. nam Gregorius nonus, cuius iuſſu eam fecit Raymundus, anno Domini MCCXXVII. creatus fuit Pontifex Romanus, cōſequitur inde veriſimiliter hoc concilium celebratum fuiſſe circa annos Domini MCCXXXV. aut MCCXL. Item quia ante principium huius concilij adnotat Eymericus nondum fuiſſe conſultata ad Inquiſitores, nec ſextum librum Decretalium, quo tēpore fuit hoc concilium celebratum: conſtat autem conſultata ſeu reſponſa ad Inquiſitores, quibus in negotio ſancti officij cōtra hæreticos pleniffimè inſtruiti ſunt, ab Innocentio IIII. Alexandro IIII. Urbano IIII. & Clemente IIII. Pontificibus Maximis data eſſe: hi autē ab anno Domini MCCXLIII. uſque ad annum MCCLXX. floruerunt. Et ſextus liber Decretalium à domino Bonifacio octaſuo circa annos Domini MCCXCV. editus eſt.

Denique alia etiam coniectura ſuffragatur, ut credam circa memorata tempora fuiſſe hoc concilium celebratum: quoniam in forma iuramenti, quod præſtant Compurgatores, ſit mentio Concilij Lateranenſis, quod omnino fuiſſe exiſtimo Lateranenſe ſub Innocentio III. Romæ celebratum anno Domini MCCXXV. in quo pleniffimè cautum eſt de pœnis hæreticorum. c. 3. quod nunc reſertur in cap. excommunicamus, de hæret. Huic autem concilio Lateranenſi, quod fuit longè celeberrimū, interfuit beatus Dominicus, vna cū domino Fulcone Epifcopo Tholoſano, atque his quidem coniecturis ductus exiſtimo circa hæc tempora, quæ dixi, celebratum fuiſſe hoc concilium: nam quo tempore celebratum eſt aliud Concilium Lateranenſe ſub Alexan. III. anno Domini MCCLXXX. tamenſi Inzabbatati, ſeu Valdenſes, iam eſſent exorti, at nondum uidebantur deſcendiſſe in provinciam Tarraconenſem.

Quoniam autem Raymundi mentio honorificè ſit in hoc Concilio, libet hic in gratiam lectoris pauca quedam de eo ſcribere, ut qualis ac quantus fuerit, intelligatur.

Fuit itaque Raymundus de Pegnaforte, natione Catalanus, patria Barcinonenſis, honeſtis, & fidelibus parentibus natus, qui cum iuris peritia inſignis eſſet, Senatus popululque Bononiensis publico ſtipendio ad interpretandum iura eum cōduxit; inde iubente Pontifice ſummo, & Epifcopo Barcinonenſi petente, in patriam reuertitur, & Archidiaconus Eccleſiæ Barcinonenſis creatur. Paulò poſt, anno Domini MCCXIX. ſacrum ordinem Prædicatorum recēter ibi diuulgatum cum magna humilitate, & pietate (quæ in primis virtutes ab ineunte ætate illi fuerant indiuiſæ comites) profiteretur. Inde Gregorius nonus cum egregiam eius uiri iuriſperitiam cognitam haberet, eius opera uſus eſt in conſicienda Decretalium pontificiarum compilatione, quem etiam in præſatione eius operis honorificè nominat; ſuū que conſtituit Capellanum ac Pœnitentiarium, quæ dignitas non niſi valde litteratis & egregijs uiris conferebatur. Paulò poſt Romanus Pōtifex Archiepiſcopum Tarraconenſem Raymūdum creat: ſed is eā, & alias dignitates ultro oblatas humiliter recuſauit. Splendefcente autem quoti die magis, ac magis tanti uiri fama, & uirtute in toto orbe ac ordine ſuo, uita ſuncto fratre Iordano totius ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali, uero integerrimo, & piſſimo, anno Domini MCCXXXVIII. Bononiæ in capitulo generali omnium patrum conſenſu Raymūdus abſens (nam Barcinone eo tempore

Raymundi de Pegnaforte vita.

Raymundi de Pegnaforte vita.

re morabatur) Magister generalis eligitur, & fuit tertius in eo ordine Generalis. Delecti tunc sunt viri graues, qui ad Raymundum proficiscerentur, suaderentque, ut electioni factæ consentiret; annuit tandem tantorum virorum precibus: sed biennio tantum ea dignitate functus, anno Domini MCCXL. officio renunciauit; & diuini meditationibus totus incumbens vitam agens sanctissimam, multisque miraculis coruscantē, anno Dñi MCCLXXV. ex hac vita migravit ad Dominum. Post eius obitum Rex Aragoniæ miraculorum tanti viri multitudine, & magnitudine per motus sæpe apud Romanum Pontificem institit, ut sanctorum catalogo Raymūdus ascriberetur: cæterum obortis bellorum tum multibus, interruptum est id opus, atque vsque in præsentem diem dilatum. Id ipsū multis oblati precibus apud Romanum Pontificem egerunt Archiepiscopi Tarraconenses, & omnes suffraganei, bis propterea in concilio provinciali congregati, litteris super ea remissis ad Nicolai Papæ III. anno Domini MCCLXXIX. itē ad Ioannem Papam XXII. anno Domini MCCXV. Has litteras originales hodie sancti Francisci, videlicet quarto Octobris huius anni MDLXXXIII. quo hæc scribimus Romæ, vidimus, & in nostris manibus habuimus, ex quibus apparet Raymundum non de penna fore appellandū, sed ita, de Pegna forte, scripsit Raymūdus summam valde vtilem, & elaboratam de casibus scientiæ. Et quo tempore in ordine suo Magistri Generalis officio fungeretur, cōstitutiones suæ religionis, quæ antea indistinctè vagabantur, miro ordine distinxit: Et zelo fidei succensus, diligens quoque adhibuit studium, & conatum, ut varia genera linguarū à Fratribus sui ordinis addiscerentur: quare eius diligentia pia sollicitudine interueniente divulgatū, & prædicatū fuit nomen Christi, fidesque eius ex multorum cōuersione, amplioribus dilatata profectibus: nūtiata est etiam vsque ad Barbaras infidelium nationes. Huius beati viri corpus hodie apud Barcinonenses religiosè colit in Ecclesia sanctæ Catharinæ, quam in ea ciuitate incolunt Fratres ordinis Prædicatorum.

Hæc diximus, ut huius viri vita innotesceret, & ut concilij huius locus, in quo Raymūdus sit nō

A tio, illustraretur. Sed iam ad institutum reuertor. Est equidem Concilij huius Tarraconensis nobile decretum, quo primum species hereticorum, & complicitum declarantur, inde nonnullæ dubitationes diluuntur; præterea sanientia singulis imponenda traduntur, tandem formulæ sententiarum in singulos pronuntiantiarum proponuntur.

Cæterum multa in eo continentur antiquata iū & abolita, multa penitus extincta, tū propter uetera nona, quæ deinde sunt cōditata, tum propter extirpationem, quem in primis damnat; tamen si multa inde prudenter colligi possint, quæ etiam nostris temporibus multum nobis deserviant: & propterea in singulis ferè sancitis ab hoc Concilio recurrendum est ad Emericum, qui suis locis cuncta tractat ab eodem: & ideo in margine circumsimus singula loca ætioris doctrina gratia indicare, ut plenius lectoribus satisfeceremus, eosque molestia querendi singula, liberaremus.

B Nos etiam, paucis quibusdam exceptis, ideo singula hic declarare omisimus, quoniam apud Emericum hæc sumus debitis locis effecturi.

C Erant autem hæc concilij huius fragmenta in omnibus exemplaribus valde deprauata, atque corrupta: ea tamen partim cōstitutura, partim ab exemplari illo Vaticano, cuius sæpe mentionem facio, sunt integritati restituta. Sed iam ad obscuriora quædam illustranda accedamus.

C Cum ista genera hominum in canone explicentur, non intelligit de canone in textu cap. Qui cūque. §. 1. & §. heretici. de heret. lib. 6. aut de aliis canonibus eius tituli: quoniam sextus liber Decretalium, quo tempore fuit hoc concilium celebratū, nondum erat editus, ut patet ex supradictis: Sed intelligit proculdubio de canone in textu cap. excommunicamus. cl. 1. §. creantes. extra de heret. ibi enim ponuntur hæc genera hominum,

D Item si multitudo hereticorum, & cætera, & sic pœnani intrusionis vitare. Hinc apparet propter multitudinem delinquentium pœnam mitigari; de quo articulo quid sit sentiendum, alibi dicitur copiosè: interim vide textum in capitulo latoris, extra de clerico excommu. ministran. & ibi glos. Hostien. Joannem And. Zabarellam, Panormitanum, & communiter doctores.

D Quod arbitrio discreti iudicis duximus relinquendum. Subsequuntur in codice Sabellano hæc verba: nū sit simplex, vel ignorans: sed reuera ea nusquam reperitur in hoc Concilio, & addita sunt proculdubio ab aliquo paraprba sive explicatio nis gratia: in omnibus autē Codicibus manuscriptis videlicet Sabellano, & Bononiensi, & Cardinalis de Gābara, finita illa periodo, duximus relinquendū, subsequuntur hæc: Aduertendū tamen est, quod Inzabbatati heretici hic dicuntur, qui in formula quoddam, vt cognoscerentur ab eorum complicibus, deferrebat. hæc ibi. Mox sequitur cætera ut sunt impressa: quæ verba nō uidentur concilij Tarraconensis esse, ut cōstat ex codice Vaticano, sed Emerici, qui ea prudenter inseruit, ut declararet nomen Inzabbatarum, cæterum ne falleretur lector putans

rans concilij esse, secreti codicem Barcinonae impres-

In omnibus autem codicibus tamen Inzabbata-

Item queritur, quis ante inquisitionem ince-

Et sane facillimum fuit hoc mendum inducere:

nam veteres scriptores librorum, dum compendijs

A His libris scriptum inuenimus, u. iam codex Cardi-

Quaestio proposita in hoc concilio, An uidelicet

D Haec autem quaestio, an in hoc casu confessori

Ergo ut, quod a Concilio Narbonensi indecisum

An sit credē-

di sacerdoti

An credendū

sit sacerdoti

non refert sacerdotem unum esse testem hoc casu: quoniam vni soli testi spectata fide, & probatis credendum tradit Thomas Grammaticus. cons. 13. incipien. in causa Miloniana. nu. 25. Præterea Clementia prærogativa, & innocentia favor hoc videtur postulare, præsertim cum in hoc crimine proniores esse debeamus ad absolvendum, quam ad condemnandum. Postremo, quia non est verisimile in sacramento confessionis, ubi omnia postulatur integra, iusta, & cum lege Dei coniuncta, aut confidentem, aut confessorum vsque adeo futuros sua salutis memores, ut mendacium dicere audeant. in eandem sententiam accumulari possent plurima fortassis non minus urgentia.

Veruntamen securius est dicere cum concilio Narbonensi præcitato, satis videri, quod credi non debeat confessori.

Atque in hoc articulo hoc primum nobis exploratum esse debet, Inquisitores propter dictum confessoris excusantis aut puenientem aut defunctum, non arctari ad recedendum ab his, quæ ordine iudicario inuenta, & probata sunt in contrarium: præsertim cum communis sit & recepta tam Theologorum, quam Iurisperitorum sententia secundum allegata, & probata iudicandum esse: non autem iuxta priuata, & illegitima iudicia, vt præceteris testatur Beatus Thomas 2. 2. q. 67. art. 2.

Ad hæc, neminem puto fore, qui facile admittat in tam graui causa dicto vnius solius standum potius esse, quam testibus alijs, & indicijs legitime probatis. Deinde nulla lege canonica vel civili id cautum inuenitur, immo præcitatum concilium nõ obscure videtur sentire contrarium. Postremo si de delinquentes intelligerent generaliter fidem habendam esse sacerdoti testificanti de penitentia vel in nocentia vni, vel defuncti, facile vt penas huius criminis, effugerent, aut earent mendacium in confessione dicere, ac mitere confessarium ad iudices, qui eos excusaret, quam ob rem tutius est, vt non credatur, sed vt ordine iudicario iuxta allegata, & probata legitime procedatur.

Hoc tamen minimè omittendum putarem, posse quandoque confessorem vsque adeo esse spectata virtutis, & probitatis, vt dictum eius multum proficit ad penitentiam seu penam minuendam: nam si, verbi gratia, delatus, & conuictus de hæresi dicat, se dudum errorem suum agnouisse, confessum fuisse, & de seruisse: tunc benignius tractari poterit, si hoc ipsum confessor approbatus testificetur: quod tunc magis inuabit, cum reus alias non est habitus suspectus aut malis moribus præditus; cæterum non propterea omnino liberabitur: neque ab hac sententia recedendum putarem.

Quod si quis dicat, inuoluntate nunc hanc questionem disputari, cum confessores non habeant potestatem absolvendi hæreticos, ut constat in processu bullæ in Cænâ Domini, & tradit copiose Locutus in opere iudiciali Inquisitorum, verbo, Absoluere. Et Simancas de catho. inslit. tit. 3. de absolutione. Respondebo contingere quidem posse talem casum, vt cuius verbi gratia absoluitur virtute alicuius Iubilei, in quo summus Pontifex concedit facultatem absolvendi a tali crimine: seu cum quis hæreticus om-

nino occultus vel mentalis absolutus est, & postea detegitur eius hæresis, & proceditur contra eum: ut potest contingere similis casus in hæreticos, qui iam mortuus penitent, & cum non sit locus, vt iudicario ordine seruato. Ecclesiæ reconcilietur, absoluitur a priuato quolibet sacerdote in articulo mortis, et deinde conualescit, & defertur ad sanctum officium. Si quis ergo in his casibus aut alijs huiusmodi vellet vt testimonio confessoris, non debet Inquisitor propter talem testem iudicarium omittere ordinem, sicut dictum est.

Quod autem absoluti in foro penitentiæ solum intelligatur absoluti quoad illud forum sine iudicium

& quod propterea debeant in foro exteriori sine iudiciali satisfacere, singulariter declarauit Sanctissimus Dominus Gregorius XIII. in Bulla quadam Iubilei anno Domini MDLXXII. tertio idus Septembris. nam cum primum concessisset facultatē confessoribus approbatis, vt virtute præfati Iubilei penitentes possent absoluerē a quibuscunque peccatis, etiam Sedi Apostolica referuatis, & in bulla cænâ Domini contentis, & a quibusuis penis, & censuris ecclesiasticis, exceptis tamē quibusuis hæreticis, & libros damnatos sine Auctoritate Sedis, Apostolica, scienter quoquo modo legentibus, aut in domibus suis tenentibus, vel imprimendis; aut importantibus, seu disseminantibus, vel officium sanctissimæ Inquisitionis sub quocunque prætextu vel colore impediētibus, his inquam concessis primò, & exceptis, subdit deinde singularem, & notatū dignam clausulam in hæc verba: Declaramus tamē tam per præfentes, quam alias, quascūque super concessione similibus, vel dissimilibus indulgentiarum à nobis, & prædecessoribus nostris hæctenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christi fidelibus ipsis nisi in foro conscientie, & penitentiæ tantum, non autem in foro fori, & contentioso, nisi satisfecerint his, propter quæ censura huiusmodi in eos lata fuerint, vllatenus suffragari, eosdemque Christi fideles illis iuxta huius nostræ declarationis formam, & tenorem, & non aliter, nec alio modo vt, aut eis se iuuare possent, & potuisse, quin immo eos in eisdem censuras postmodum reincidisse, & in posterum reincidere, sicque ab omnibus quauis auctoritate fungentibus, ceteris, & iudicari debere, irritumque, & inane quicquid secus à quoquam quouis prætextu, aut colore scienter vel ignoranter attentatū forsan est hæctenus, vel in posterum contingerit attentari; non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque, hæctenus ibi.

Quod si quis querat, an si Papa non exciperet casum hæresis, possent ne tunc confessarius approbatus virtute Iubilei, aut alterius diplomatis, aut bullæ Apostolicæ, per quam datur facultas absolvendi ab omnibus peccatis etiam in bulla Cænâ Domini referuatis, absoluerē hæreticos, qui hæreses suas confiterentur: Responderet Couarruuias in cap. alia mater. de sent. excommu. lib. 6. par. 1. §. 11. num. 14. id confessorio non licere. Couarruuiam sequitur Simancas de catho. inslit. tit. 3. de absolutione, nu. 2. & Ioannes

Sacerdoti testificanti de innocentiâ aut penitentia vni vel defuncti non creditur necessitas.

Innocentia prærogativa, & innocentia favor hoc videtur postulare, præsertim cum in hoc crimine proniores esse debeamus ad absolvendum, quam ad condemnandum.

Joanes Rojas tracta. de heret. parte 2. assertio. 39. Contrarium proficitur Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 3. Sententia Soti videtur magna ratione niti: Et profecto si Papa noluisse virtute talis facultatis absolvi hereticos, eos excepisset sicut in praefata bulla Dominus Greg. eos excepit; quos & Pius Papa V. etiam exceperat in simili bulla Inhibito anno Domini M^oDLXVIII. & in alijs. Profecto ad tollendam omnem dubitatione optimum esset semper in similibus bullis illos excipere. Caterum si non exciperentur, & ob id in foro penitentiali absoluerentur, nihilominus Inquisitores libere possent contra sic absolutos in foro exteriori procedere; prudenter autem fecerunt confessores, si in tali casu sic penitentes suaderent, atque eos inducerent, ut ad Inquisitores confugerent.

Rursus altera questio & praecipua in hoc Concilio Tarraconen. posita est; An postquam aliquis est in foro penitentiali a crimine heresis absolutus, effugiat etiam penas temporales. ita ut postea in eum inquiri non possit, ipseque reus possit se hac exceptione tueri, dicens iam esse absolutum in foro penitentie; & quamvis Concilium hoc Tarracon. sentit tribus illis concurrentibus, de quibus paulo antea dicebamus, immunem esse a pena temporalis; nunc tamen aliud est penitus observandum, videlicet, reum quemlibet sine ab Episcopo, sine ab Inquisitoribus, aut ab alijs habentibus absoluendi potestatem, absolutum in foro penitentie, & accusari posse in foro exteriori, & in eum inquiri, nec eum inuari exceptione receptae penitentie in foro interiori: ita Zanchinus, ubi copiose disputat hanc questionem tract. de heret. c. 34. & ibidem Campanus Repert. Inquis. verb. absolutio. §. sed an absolutio. & verb. confessio. §. utrum si in foro sol. 163. ex impref. Venet. Locatus in opere iud. verbo, absoluere, nu. 1. & verbo, hereticus, num. 24. vers. Secreti vero heretici, & alij alijs locis.

Brevi ergo agendo sit hac apud nos certissima conclusio: Pena imposta per confessorem in foro penitentiali, quantumcumque sit magna, non tollit aliquo modo penam imponendam in foro iudiciali canonico, vel civili. gloss. singularis in e. gaudemus, de diuort. verb. poterit, ubi communiter hoc notant & tenent Doctores, Pau. de Castr. in l. cum eos populos, c. de sim. Trinit. & si de catho. nu. 7. gloss. 1. in fin. in c. 2. de schismaticis, & ibi Panor. Card. et Doct. glo. in cap. de his. in fine, de accus. ubi Abbas, gloss. in c. fi. 25. dist. 2. argum. tex. in c. admonere. 33. q. 2. ubi glo. verb. penitentie, glo. fi. in cap. 2. de emptio. & vend. & ibid. Abbas, Imola & committer Doctores; & potissima ratio est: quoniam pena penitentialis in foro interiori imposta tendit ad alium finem, videlicet, ut per eam penitens satisfaciatur Deo, & anima sue. Alia vero pena, scilicet temporalis, spectat ad punitionem corporis, & pro vindicta publica, ut ita etiam reipublica satisfaciatur, qui malo exemplo delinquendo eam offendit. Hac autem conclusio usque adeo vera est, ut contrariam putarem erroneam; proceditque etiam si penitentia illa in foro interiori imposta, fuisset publica: ita Abbas in dicto c. de his, de accusat. pro qua sententia facit optime textus in c. 2. de maledicis sed

A notant ibidem Abbas & Doctores. Illud hic monebo, multum esse minuendam penam in foro exteriori, quoties is, qui punitur in foro interiori, sine dolo fuit confessus delictum suum, & obiit absolutioem, maxime si iniunctam sibi penitentiam humiliter adimplevit, cum satis appareat, huic culpam suam displicuisse, mitius enim agi debet, & leuius cum eo qui sponte confitetur peccatum suum, quam cum eo qui conuincitur, iuxta doctrinam Abbatis & ceterorum in capitulo at si clerici, de iudicijs.

B Ille autem qui post ceptam inquisitionem contra eum, quasi dissimulans & gemebundus accedit ad Inquisitores, vel Episcopum petens in foro interiori absolui, audiendus non est, quia peccatum eius iam non est occultum, ideoque non est adhibendum occultum remedium; nec talis dicitur sponte venire, cum illi dicantur vere & proprie sponte venire, qui ante inceptam inquisitionem contra eos, receptaque probationes humiliter accedunt, ut pulebre docet Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, quaestio 2.

His ita positis, quae occasione Concilij Tarracon. dicenda fuerunt, superest, ut pauca quaedam huc etiam spectantia breuiter perstringamus.

C Ac primum hic quaeritur: An unctis & in carcere reclusis pro causa fidei, confessarij concedi debeant? Et tamen si quibusdam videatur non gliter confessarij copiam reis esse faciendam, quae si plene Inquisitoribus suas hereses fuerint confessi aut in extremum venerint vitae periculum, ut tradit Simanca de catho. institu. tit. 16. nu. 30. quoniam huiusmodi homines cum pendente inquisitione reputentur heretici, indigni videntur tanta benignitate, & consolatione: benignus tamen videtur toties eis confessarios concedere, quoties illi petierint: nam ut valde prudenter & pie referebat mihi superioribus diebus F. Thomas Zobbius sanctae Inquisitionis Romanae Generalis commissarius, vir & Theologiae peritissimus, & pietate clarus, nunquam hoc obesse potest, immo interdum ualde prodest, cum a confessarijs moneantur & excitentur ad libere confitendum iudicibus fidei delicta sua, ut paulo post dicemus, cum ergo conceduntur, plurima observare conuenit, & diligenter animaduertere, ne quid committatur incautum.

Totum vero hunc locum de cautelis, pie & prudenter observandis in hoc delicto cum reis conceditur confessarijs, luculenter praescripsit Madriliana instrum. anno Domini MDLXI. c. 71. in hac verba a nobis utcumque latine reddita: Si reus aliquis aegrotauerit in carceribus, praeterquam quod Inquisitores debent diligenter curare, ut ei fiat medicina, exhibeanturque cuncta ad salutem eius necessaria, consilio medici seu medicorum, qui ei medentur, si petierit confessarium, debet ei concedi, qui sit spectate probitatis, & de quo plurimum cofidatur, a quo iuramentum exigatur de custodiendo secreto, & q. si penitens ei dixerit aliquid in confessione, q. velit reuelari extra carceres, ne in hoc vlllo modo ei obtemperet, nec similia mandata reuelet: q. si extra confessionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquisitoribus manifestabit. Ad

Mitius puniendus in foro exteriori, qui confessus est delictum in foro interiori.

An carcera- tis pro here. si sint concedi confessarij.

Cum carcera- tis pro here. si concedi confessarij, quid obseruandum.

Confessarius qualiter seget cum penitente.



Confessarius instruet, qualiter se gerere debeat cum penitente, ut videlicet dicat ei, quod cum sit pro hæresi in carceratus, ac de ea reus accusatus, non potest absolui, nisi judicialiter hæresim suam manifestet. Et cætera relinquuntur confessoris iudicio & conscientia: qui debet esse doctus, ut intelligat id quod in causa tali fieri conueniat. *hæc ibi.*

Reus morti propinquus si cõsit eatur, absolueudus. *Atque hæc obseruari oportet, cum rei noudu uerunt in vltimum vitæ discrimen: nam si in vltimo mortis articulo fuerint constituti, cum eis illud est obseruandum, quod iura iubent: nam cum per tẽpus non liceat eos iudicialiter examinare, & reconciliare, si quidem vere contriti sint, & parati obedire Ecclesiæ mandatis, absoluedi erunt sacramentaliter. Concilium Arausicanum primum capit. 2. cuius hæc sunt verba: Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet. hæc ibi. In tali enim casu nulla est reseruatio, & omnes sacerdotes possunt quoscuque penitente absolueri, à quibusuis peccatis, & censuris. Conc. Trident. sess. 14. capitulum 7. de casuum reseruatione.*

Reus persuadendus ut cõfiteatur. *Quod si reus non peteret confessarium, & medicus crederet morbum esse periculosum: tunc reus persuadendus est omnino ut confiteatur, & ubi iudicialiter satisfecerit Inquisitoribus, priusquam moriatur, reconciliabitur Ecclesiæ: cumque fuerit in iudicio absolutus, inde confessarius absoluet eum sacramentaliter: atque hoc etiam præscribit præcitata instructio.*

Sanis petentibus, confessarii concedendi, & quales confessoris partes circa eos. *Diximus hucusque de ægrotantibus: nã cum sanis paulo aliter agendum videtur: sunt enim qui existimant sanis etiam petentibus, nisi confessi fuerint iudicialiter, non esse confessarium cõcedendum: frustra namque videtur tunc concedi, si flet in negatiua: verumtamen, ut paulo antea dicebam, benignus videtur, ut eis cõcedatur, etiã si cõfessi nõ fuerint in iudicio: nã hinc multa cõmoda oriri possunt.*

Et confessoris partes erunt hoc casu, reum cohortari ad deferendos errores suos, & dicendam integre veritatem tam de se, quàm de alijs, sicut de iure tenetur: addat tamen ne radio carceris, vel spe reterioris liberationis, aut metu tormentorum, sibi aut alijs falsum crimen imponat.

Obseruandum diligenter. *Hunc tamen reum confessarius absolueri nõ potest priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus, atque hæc omnia mihi videntur commodissime posse obseruari in hac causa, iunc cætera prosequamur.*

Nihil à confessore inquirendũ de auditis in confessione. *Illud autem in primis debent Inquisitores præcauere, ne quid à confessario scire uelint de gestis in confessione, ne ve de his nimis sollicite quicquam ab eo percunentur: hæc enim longe abesse debent à tanti sacramenti secreto inuiolabili: iam in hac re præterea, quæ paulo antea diximus, cætera omnia sunt prudentiæ confessarij committenda, is namque videbit ne quid in fidei determinatum fiat.*

Nec compellendus ut ea profetatur quæ sibi nouit. *Compellere autem confessarium, aut eum adducere in testem ut profetatur ea quæ in confessione audiuit, longe abest à sinceritate, & pietate, & huius sacri tribunalis & nostrorum temporum. Id tyrá-*

A *norum est, & iudicum imperitorum tentare: quod si re vera ab aliquo superbe imperante talia manifesta re cogeret, nullo modo debet obtemperare, etiã si iuramento prius constringeretur: immo licite potest asserere se nihil eorum scire, quia non dicitur scire ut homo, & priuata persona, sed ut Deus, dilectus, de excessibus prælat. ubi glos. & communiter Doctores, cap. omnis vtriusque sexus, de penit. & remissio. B. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. argum. Innocentius, & alij in c. qualiter & quando, el. 1. de accus. & tradunt communiter etiam Theologi, lib. 4. sentent. dist. 21. & Sotus lib. 4. sent. dist. 18. art. 5. quibus locis, & alias rationes adducunt ad probandum sacerdotem ita coactum posse licite respondere, se nescire: quas libenter omitto, quia hæc vulgaris est, & facilis quæstio.*

B *Quod si reus crimen suũ sacerdoti dixerat, non in vim confessionis & penitentia, quantumuis sub secreto id sit dictum, & protestatione præmissa reuelet, si producat in testem, potest & debet deponere, & veritatem reuelare: ita Innoc. in c. qualiter & quando, el. 1. de accusa. & ibi communiter Doctores. Panor. in c. si sacerdos, de offi. ord. ubi Doctores. Fely. in c. intimaui, de testibus. S. Thomas, 4. sentent. dist. in c. 21. q. 3. art. 1. quæ maxime obtinent in hoc crimine, quod vergit in magnum reipublicæ detrimentum, ad quod reuelandum omnes sub pena peccati mortalis obligantur, nullo obstante voto, pacto, aut promissione, ut dixi supra hac 2. parte super cap. qualiter & quando, traditque eleganter Guido Fulcodius in consultatio. ad Inquisitores. q. 8. B. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. Sotus lib. 5. de iust. & iurq. 5. ar. 2. & copiose Ioannes Roias in singulis laribus fidei, sing. 5. nu. 15.*

C *Sed hic est pulchra difficultas obiter diluenda, An si sacerdos, aut per imprudentiam, aut per malitiam, aut alia quauis de causa confessionem reuelauerit, ea faciat iudicium, aut probabilitatem aliquam, ita ut indices virtute talis reuelationis, seu confessionis possint procedere ad torturam, aut alios actus iudiciales contra reum.*

D *Omissis multis breuiter respondeo, hanc confessionem factam de delicto manifestato in confessione sacramentali, nullum penitus effectum operari, nec facere aliquod iudicium ad torturam: quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo, & non tanquam homini. arg. rex in c. si sacerdos, de off. ord. tradit Bal. in l. Archygerontes, C. de epis. audient. quem refert & sequitur Antonius Gomez. to. 3. varia. resol. cap. 1. 3. nume. 9. asserens dictum huius sacerdotis nullam penitus fidem facere, & hæc opinio est valde æqua, & iusta: nam si tales reuelationes aliquid probarent, planè in manifestum sacramenti confessionis & sigilli secreti detrimentum verterentur.*

E *Atque hanc eandem sententiã profitetur synodus sub Carolo Magno celebrata, cuius Ansegijus Abbas Leobienfis meminit lib. 5. ca. 48. ut refert Marianus Victorius in libro de sacramento confessionis c. 10. in hæc verba: Presbytero non licet peccatum Episcopo prodere, quia super eum est. Et si forte sacerdos peccatum sibi in confessione Ecclesiæ patefactum, reuelauerit, præter depositionem & alias*

alias penas, credi ei non debet, tum quia testimonium vnius nullius, vt iura inquit, testimonium est, cum in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: tum etiam quia reuelando delinquit, & delinquendo tanquam infamis a testimonio ferendo, in eo praeferum in quo testando peccat, reuicitur. *haec ibi.*

Quod autem de non credendo sacerdoti reuelanti confessionem proxime diximus, idem, & de Episcopo intelligendum esse videtur, sicut insinuat decretum concilij Africani, c. 99. & Concilij Carthagenensis, septimi, c. 5. quod referunt Burchardus lib. 19. de re. c. 127. & Iuo parte 5. cap. 363. & Gratianus 6. q. 2. c. placuit, vbi scriptum est ita: Item placuit, vt si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & penitere noluerit: non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. *haec ibi.*

Marianus tamen Victorius in libello de sacramento confessionis, c. 11. circa finem, hoc decretum proxime relatum intelligendum arbitratur, cum peccatum auditum detectum est extra sacram Ecclesiae confessionem, ceterum siue hoc, siue illo modo ca non intelligatur, semper tamen verum erit, neque etiam Episcopo, nec culibet alij Ecclesiae praelato reuelanti confessionem esse credendum, immo grauius peccandi sunt per suos iudices, qui audita in confessione sacramentali reuelauerint, de quorum pena plene tractatur in ca. sacerdos, de peniten. dist. 6. & in c. omnis vtriusque sexus. §. Caueat autem. extra de penit. & remis.

Aut autem coniecti in carcerem ob haesim admitti debeant ad audiendam Missam, & ad alias orationes, quae intra carcerem dicuntur, sicut admittuntur ad confessionem eo modo, quo haecenus diximus, & scitu & inuestigatione dignum est: Sed de hoc dicitur infra par. 3. super quaestio. 59. f. Si quos vero constat ante inchoatam inquisitionem de his fuisse confessos, in codice Bononiensi constanter legitur hic locus cum dictione, non in hunc modum: Si quos non constat ante inchoatam Inquisitionem de his fuisse confessos, &c. Et sane ita videtur legendum, vt series indicat, & vt facti species sint diuersae: nam cum de eo, qui ante inchoatam Inquisitionem fuit confessus, locutum sit concilium in principio huius tertiae quaestionis, frustra videbatur de illo etiam quaerere, qui similiter ante inchoatam Inquisitionem fuit confessus, quare lectio codicis Bononiensis mihi magis probatur.

Nisi ita sit secretum factum, quod non habeat contra se famam, vel testes. Hic proculdubio est sermo de illo, qui seipsum sponte defert ad sanctum officium, & peccatum suum iudicibus fidei detegit, de quo agimus copiose infra parte 3. titu. de sponte venientibus.

Cum vero hic subdit concilium dicens, Et tamē in vtroq; calu, &c. concludit, tam eos, qui ante inchoatam Inquisitionem confessi fuerunt, quam eos, qui sponte seipfos detulerunt, immunes esse ab omni pena temporalis, de quo quid sit sentiendum, & dictum est haecenus, & dicitur in praecitatis locis. h. Haeretici perseverantes in errore relinquantur curiae (seculari iudicio.)

Haereticos perseverantes appellat hic concilium pertinaces, qui post multas & legitimas monitiones nolunt veritati catholicae fidei obtemperare, ceterum isti non sunt statim curiae seculari tradendi, sed diu asseruandi, sapiusque monendi vt respiciant, qualis vero praxis sit circa hos seruanda, docet pulchre Emericus 3. par. in 10. modo terminandi processum fidei. extat etiā insignis doctrina concilij Biterrensis cap. 17. in haec verba: Conuertit nolentes, vbi commode poteritis, damnate tardetis: ipsos frequenter tam per vos, quam per alios ad conuersionem monetes, ac tandem in sua malitia pertinaces faciatis errores suos ad eorum detestationem publice confiteri, & sic eos damnatos praesentibus secularibus Potestatibus, eorumue Baliuis secundum mandatum Apostolicum relinquentes. *haec ibi.*

Perfecti vero haeretici, si conuerti voluerint, & dogmatizantes, &c. perpetuo carceri intruduntur. Ita in Bononien. & etiam in Directorio Cardinalis de Gabara: sed Sabellanus, Perfidus, habet, & male: nam inter haereticos Valdenses, seu Izabbaratos, de quibus hic locus est accipiendus, quidam erant, qui dicebantur, Perfecti, quod nusquam declaratur luculentius, quam in summa fratris Iuoneti, 5. par. c. 3. cuius extat fragmentum quo ddam in vetusto codice membranaceo bibliothecae Vaticanae: in quo plene differitur de initiis, incrementis, & moribus, ac erroribus Valdensium: agens vero de se ipsis ipsorum ita habet: Duo sunt genera sectae ipsorum. Quidam dicuntur Perfecti eorum, & hi proprie vocantur Pour Valdenses de Lió: nec omnes ad hanc formam assumunt, sed prius diu informantur, vt & alios sciant docere. Hi nihil proprium dicunt se habere, nec domos, nec possessiones, nec certas mansiones, coniuges, si quas ante habuerunt, relinquunt. Hi dicunt se Apostolorum successores, & sunt magistri aliorum & confessores: & circuunt per terras visitando, & confirmando discipulos in errore. His ministrant discipuli necessaria. In quocunque loco veniunt insinuunt sibi mutuo aduentum illorum, conueniunt ad eos plures in tuto loco in latibulis, audire eos, & videre: & mittunt eis illic optima quaeque cibi & potus: & indicunt collectas numerum discipulis pro sustentatione eorumdem Pauperum & magistrorum suorum, & studentium, qui per se sumptus non habent: vel etiam ad alliciendum aliquos, quos cupiditas nummi trahit ad sectam eorum. haecenus ibi. quae sunt plane scitu dignissima, ex quibus intelliguntur multa huius Directorij loca de his loquentia.

Adit Emericus 3. par. tit. de signis, quibus Valdenses cognoscuntur, nu. 112. hos Perfectos haereticos consueuisse deferre in superiori parte sotularis signum quoddam circulare, vt à ceteris distinguerentur & cognoscerentur. De his Perfectis haereticis insignis extat locus in Concilio Biterrensi cap. 16. quem retuli infra 2. parte super quaestio. 39. de Heresiarchis.

Rursus illud est diligenter obseruandum, Concilium Tarracoense hic sentire magistros errorum & dogmatistas tunc demum tradendos curiae seculari.

Haereticos qui dicuntur, res sanctae dignae.

Quid obseruandum circa haereticos pertinaces priusquam tradantur curiae seculari.

Perfecti haeretici qui dicuntur, res sanctae dignae.

Haereticus an tradi debeat curiae seculari.

laris, cum noluerint conuerti; idē prorsus statuit Concilium Biterrense, c. 16. Hinc colliges non esse facile recipiendam eorum sententiam, qui dicunt dogmatistas indistincte curia seculari esse tradendos; de quo video quae scripsi supra parte. 1. super. l. nemo clericus, c. de sum. T. rinit. & fide catho. & infra in hac parte 2. super dicta quæst. 1. de hæresiarchis ubi dixi plenissime.

K Credentes autem hæreticorum erroribus solemnem faciant poenitentiam, &c. Hic incipit assignare penas poenitentiales imponendas singulis, qui ad Ecclesiam gremium reuertuntur, quarum hodie maior pars abiit in desuetudinem. In eis reuulsam in coercendo hoc crimine seueritatem mirari licet, quæ valde distat ab hodierna huius tribunalis misericordia & benignitate: & plane quanta fuerit antiqua seueritas, docent plene decreta concilij Biterrensis, & Narbonensis: item littera quædam beati Dominici, quas affert Campegius apud Zāchinū c. 20. adde Reperto. Inquisit. verbo publicè.

Tametsi vero mentio fiat solemnis poenitentia, & propterea iure optimo videatur hic declaradū, quid ea sit, quo ritu fiat, quos pariat effectus, et quomodo differat à publica poenitentia: nihilominus tamen hæc disputatio ob id consulto à nobis omittitur hoc loco, quia eius usus aut nullus omnino, aut valde rarus est nostris seculis: quamquam non diffitear posse ex causa quandoque reuocari & usurpari. Interim tamen vide textum, & ibi doctores in capite 50. distinct. Magistrum, & doctores li. 4. sentent. distinctio. 14. Conarruiam lib. 2. variar. resol. cap. 10. nu. 3. & in repetitione clemens. si furiosus, in prima parte relectionis, nu. 10. Bernardinum Diaz in pract. crimi. cau. cap. 19. Simonem Maiolum li. 3. de irregularit. c. 2. & 3. & Marianum Victorium in historia de antiquis poenitentibus, in principio, ubi de hoc agit luculenter.

L Sint in processibus ad Sedem. Hic dictio, Sedem, in Sabellano est omissa, & male. Est autem dictio vulgaris apud Hispanos: nos enim ecclesiam cathedralem, Sedem, vocamus: concilium dictionem vulgarem latinam fecit, sed ignorantibus nostram linguam, peperit difficultatem. Sunt autem in toto

A hoc opere dictiones huiusmodi multæ, quæ suis locis à nobis declarabuntur. Iubeat ergo hic concilium, ut credentes hæreticorum erroribus, qui solemnem poenitentiam erant facturi, diebus hic praefixis proficiscerentur ad Ecclesiam cathedralem, ibique processibus & diuinis officiis interessent. Item in quarta feria in capite ieiunij veniat simul ad Sedem, & sint eodem modo, & secundum formam iuris, &c. Hic prescribit concilium creditibus hæreticorum erroribus, secundum in c. in capite 50. dist. formam agenda solemnem poenitentia: quæ profecto poenitentia grauissima est: at si peccati magnitudo spectetur, debita censeri debet: nam cum grauius sit diuinam, quam humanam laedere maiestatem, c. v. v. gentis extra de hæret. autem. Gazaros, c. de hæret. & offendentibus maiestatem humanam ultimū mortis supplicium imponatur, l. quisquis, c. ad legē Jul. maiest. certè quilibet poenitentia, in qua mortis supplicium commutatur, mortis comparatione leuis censenda est: at nō modo credentes hæreticorum erroribus, sed & alij de quibus hic, eandē compellerentur subire solennem poenitentiam: illa tamē sicut paulo antea diximus iam in desuetudine abiit.

B Ne sic Lateranense concilium illudatur. Codex Bononiensis ita: ne sic Latinum concilium illudatur. Sabellanus ita: nec sic ecclesiasticum iudicium illudatur. In codice Cardinalis de Cambara ita: ne sic datur concilium illudatur. Sed nō est visum recedere à Barcinouensi impresso: quamquam non video quomodo hæc Lateranense concilio accomodentur, cū nusquam ibi nominatum reperitur cautus, quod hic commemoratur de numero comparatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco concilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 36. & refertur in c. cum cessante, extra de appel. ubi cauetur, quod iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex causa reuocare, nō aliter: ita hic non est honestū ut post taxatū & prescriptum certum numerum comparatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Itā in codice illo vetusto Vaticanæ bibliothecæ, ubi reperitur idē hoc Tarraconense Concilium, hic locus ita legit: Ut sic Lat. Concilio nō illudat.

C Illudatur. Sabellanus ita: nec sic ecclesiasticum iudicium illudatur. In codice Cardinalis de Cambara ita: ne sic datur concilium illudatur. Sed nō est visum recedere à Barcinouensi impresso: quamquam non video quomodo hæc Lateranense concilio accomodentur, cū nusquam ibi nominatum reperitur cautus, quod hic commemoratur de numero comparatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco concilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 36. & refertur in c. cum cessante, extra de appel. ubi cauetur, quod iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex causa reuocare, nō aliter: ita hic non est honestū ut post taxatū & prescriptum certum numerum comparatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Itā in codice illo vetusto Vaticanæ bibliothecæ, ubi reperitur idē hoc Tarraconense Concilium, hic locus ita legit: Ut sic Lat. Concilio nō illudat.

D Sa reuocare, nō aliter: ita hic non est honestū ut post taxatū & prescriptum certum numerum comparatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Itā in codice illo vetusto Vaticanæ bibliothecæ, ubi reperitur idē hoc Tarraconense Concilium, hic locus ita legit: Ut sic Lat. Concilio nō illudat.

QVÆSTIONES QVINQVAGINTA

OCTO DE HAERETICA PRAVITATE.

AD OFFICIUM INQUISITIONIS PERTINENTES.

QVÆSTIO. I.

De nomine hæresis:

SYMMARIUM.

- 1 Hæresis ab electione dicitur.
- 2 Et ab adhesionem, nam pertinaciam requirit.
- 3 Atque etiam à diuisione.
- 4 Hæresis electionem, adhesionem, & diuisionem includit.

E **R**IMA quæstio est: Hæresis unde sic dicta est, seu hoc nomen hæresis unde tractum est?

Ad hanc respondemus secundum mentem Isidori, & aliorum vocabulorum expostorum, quod hoc nomen hæresis etymologizatur, seu exponitur tripliciter.

1 Et secundum hoc hæresis includit tria: primo hæresis dicitur ab eligo eligis: vnde secundum